



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

Undecima Conclusio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63069)

152 REPETIT CLEM. I.

minis , in quo sit speciale ut Ecclesia cognoscat ;
 vel quando deficit legis subsidium , de aliis autem
 criminibus quam Ecclesiast. bené potest Judex Eccle-
 siasticus laicos corrigere quo ad pœnam spirituale m:
 quia de quolibet peccato , &c. *cap. novis. de judi.*
 & ita videntur tenere Hosti. & post eum Sicul. *in*
præall. cap. nos inter. & sic potest etiam intelligi
 dictum Archi. *in cap. non est , de consiliis in gloss.*
Epis. & Io. An. & Dominicus post eum tenet ,
 quod indistinctè Episc. cor. excessus laicorum , pro
 hoc quod *no. de Offi. cap. 1. in glo. canones* , dicunt
 quod tenet etiam Mathe. in præsentī cle. Relatus à
 Franc. qui etiam refert Alvaro. ita tenuisse *per cap.*
illi qui 5. q. 6.

UNDECIMA CONCLUSIO.

Crederem opinionem Sicul. de qua suprà , esse te-
 nendam , quam approbat practica , videlicet quod
 laicum Ecclesiæ temporaliter non subjectum, potest
 iudex Ecclesiasticus pecuniaria pœna licitè punire :
 quod intelligo in casibus in quibus iudex Ecclesia-
 sticus sibi vendicat in laicos jurisdictionem de quibus
 per Sicul. *in cap. cum sit generale de foro compe.* &
 Pe. de Ancha. *in cap. ea quæ à q. 8. usque ad 12.*
 In civili autem causâ secus , quia non poterit co-
 ram iudice Ecclesiastico laicus conveniri, nisi in 15.
 casibus positis per eundem Sicu. *in cap. licet , ex*
suscepto. de foro compe.

Utrum autem iudex Ecclesiasticus tutorem dare
 possit & utrum laicum , vide Ioan. Fa. *insti. de*
Attili. tu. in gloss. scilicet eum qui per Bart. *in l.*
1. §. magistratibus. ff. de magistr. conve. glo. & Do-
mi. in cap. §. de judi.

Qua-